

Alphabetica.

Matrimonium.

Non valet, si per procuratorem contraheretur postquam consensus mandantis revocatus esset, etiam ignaro procuratore, qui potius est Interpunitus quam Mandatarius. 705

Monopolium.

Monopolium est venditio que fit ab uno solo in Civitate vel Provincia: quod tamen possunt plures per modum unius instituire, ut illi soli certam mercem vendant, quod tamen privata auctoritate non permittitur, bene tamen auctoritate publica in bonum Reipublice & Communitatis. 275

Possunt Monopolia conspirare, ut nemo eorum vendat nisi pretio summo. 276

Neque est contra Iustitiam, emere tempore opportuno merces certae speciei in maxima quantitate, pretio vili tunc currente, ut inde cogantur alii emere pretio maiore, ob defectum mercis ab aliis comparabilis. 278

Mora.

Mora potest committi antequam perveniat ad Iudicem, in re commodata, si elapso tempore monitus Commodatarius non restituat, nec habeat causas relevantes. 75

Potest perveniri ad Iudicem, quin aliqua mora praecesserit, si tempus interpellat: & hodie non iure non est amplius necesse interpellari debitorem priusquam ad Iudicem eatur. 1069

Morbis.

Iurista faciunt discrimen inter Morbum & Vitium rei venditae. aliqui vitium dicunt esse nomen generale, morbum specificum, h. e. similitudinem que usum adimat, ut caritas. Vitium vero est balburies. Alii distinguunt, quod vitium sit perpetuum, morbus accessus & recessus variatur. 269

N.

Negotiatio.

Negotiari dicuntur Mercatores qui rem emptam immutatam iterum vendunt. & hi dicuntur a Canonibus eijci de templo Dei, hoc est, esse indigni Clericatu. 280. ubi

referuntur poena Clericis negotiantibus constituta.

Vnus alterque adus a Clerico exercitus, non est peccatum morale. 281

Prohibitio negotiationis extenditur etiam ad Clericos habentes beneficium sufficientes ad sustentationem, etiam si necdum sint in Sacris constituti. 282

Non est Clericis prohibitum emere pecora, quae deinde in suis pascuis saginata vendant. 283

In Religione Societatis Iesu quaedam prohibentur, quae speciem Negotiationis praesferunt. 284

Non est contra Canones, quod Clericus alteri committat pecunias ad negotiandum, ut ipse nihil impediatur a suo ministerio, & scandalum absit: non debet tamen hoc fieri absque urgente causa. ex qua Clericis & Religiosis negotiatio est licita. 285. ubi vide exempla.

Negotiorum Gestio.

Est Quasi Contractus, quo quis alterius negotium ad rem familiarem pertinens sine mandato gerendum suscipit. 1104

Non requiritur ignorantia in eo cuius negotium geritur. 1105

Si superveniat Ratihabitio, convenit etiam adio mandati, & non tantum negotiorum gestorum. 1106

Potest esse necessarius, urgente necessitate vel necessitate suspitione. 1107. ubi referuntur casus.

Debet negotiorum gestor habere opinionem, se alterius negotii gerere, animumque eum sibi obligandi. 1108

Non obstat tamen si errasset in persona. 1109

Ex hoc Contractu nascitur duplex actio. Directa, qua petitur a negotiorum gestore, ut administrationis rationem reddat, & si quid ad eum pervenit, ex aequo & bono praestet, damnum culpa datum restituat. Contraria petit negotiorum gestor ut indemnus fervetur. 1110

Competit hac actio, etiam si casu fortuito omnis utilitas eversa est. 1111. ubi vide exceptionem pupilli.

Non competit, si alteri a parte rei non est grata negotiorum gestio, & hoc possit probari. 1112

Qui gerit unum negotium alterius, non potest cogi ad caetera quoque gerenda, quae ad illud non spectant. 1113

Si plures administrant diversa bona ejusdem, v. g. haereditaria, & unus har non solvendo, periculum est haereditis. 1114

Iur.

Alphabetica.

Iura de quibusdam personis praesumunt, quod noluerint sibi obligare illos, quorum negotia gesserunt. 1115. ubi vide praesumptiones.

Quoad culpam ad quam tenetur negotiorum gestor, distinguendum est. Si negotia alterius fuerint ita deserta, ut praeter me nemo alius gessisset, tenebor solum de culpa lata. Si alius gessisset, & summam diligentiam adhibuisset, tenebor de culpa levissima, scilicet solum de levi. 1116

Casus fortuitus ex legis dispositione in quibusdam casibus ad gestorem spectat. 1117. ubi recensentur.

Nomina.

Nomina vocantur a Iuristis actiones illae, quae alicui competunt ad petendam ab altero solutionem debiti: dicuntur etiam Credita, vel Debita, Chirographa. 98

Nummularii.

Sunt illi, qui negotiantium in Nundinis recipiunt pecunias quasi in Custodiam, nec tamen sunt proprie Depositarii, cum eorum periculo sit pecunia deposita. 420

Peccant graviter, si pecuniam depositam ad suas negotiationes exponant cum propinquo periculo non habendi suo tempore quando a deponentibus exigerentur. 421

Quando ex pecuniis depositis lucrantur, non tenentur Deponentes ad aliud salarium. 422 ubi vide limitationem.

Non potest deponens in commodum Nummularii aliquid ad hoc ex Iustitia exigere praesertim ex hoc titulo; bene tamen acceptare quod gratitudinis titulo offertur. 423

P.

Patronatus.

Ius patronatus non hypothecatur hypothecato praedio. 903

Permutatio.

Est Contractus Iuris gentium, Inominatus, Bonae fidei, & re pericitur, dum unus aliquid dat, ut aliud accipiat. 1059

Non distinguitur a Contractu: *Do ut des.* 1060

Non potest, sicut Venditio, celebrari traditione rei alienae. 1061

Ille qui ex sua parte implevit, datur actio Praescriptis verbis, vel si malit, Condictio ex capite poenitentiae. 1062

Ius poenitendi transmittitur ad haeredes. 1064

Pignus.

Pignoris obligatio in aliquo casu facilius dissolvitur quam Contractus emptionis, nempe, quia etiam absque retrotraditione potest nudo pacto dissolvi. 1065

Christ. Flam. de Iust. Tom. IV.

Pignus retineri potest non solum pro pecunia, pro qua acceptum, sed etiam pro alio debito quocunque. 871

Pignus sumptum pro objecto contractus, & ut praesertim ab hypotheca, & pignore specifico sumpto, est: Res subiecta obligative pro debito, ut nisi impleatur, inde satisfiat. Contractus vero est, quo aliquid creditor in debiti solutionem obligatur, ut inde satisfiat, si aliter non sit satisfactum. 867

Nomine Pignoris in stricta acceptio non venit Hypotheca, nec ad hanc extendetur statutum de Pignore. 868

Differt Pignus specificum ab Hypotheca, quod, etsi possit utrumque constitui tam in re mobili, quam immobili, Pignus traditione perficitur, Hypotheca sola conventiono. 869. ubi vide Casum.

Pignus praesens sumptum aliud est Conventionaliale, aliud Pratorium, aliud Iudiciale. Pratorium est, quod Iudicis edicto ante sententiam definitivam in poenam contumaciae constituitur per missionem in possessionem debitoris contumacis, qua non acquirit possessionem, sed solum detentionem. Iudiciale est, quod constituitur Pratoris decreto per immisionem, qua creditor acquirit possessionem qualem acquirit per Conventionalem. 873

Res aliena in scio domino aut non ratum habente, oppignorari non potest: si tamen ratum habuerit, valet pignus, & retrahitur ad tempus oppignoracionis factae, salvo jure tertii, cui ante illam ratihabitationem eadem res esset oppignorata ab ipso domino, qui praesertim posteriori. 883

Quando non approbante domino, & in scio creditore res aliena obligata fuit, competit creditori actio pignoratitia contraria adversus debitorem, ut rem aliam aequè bonam oppignoret. 884

Si debitor postmodum fiat dominus rei alienae oppignorate, competit creditori eadem actio in rem illam. 885

Non habet creditor actionem adversus dominum, etiam si haeres debitoris existeret. Possit tamen creditor actione personali uti agere, ut haeres pignus approbet. 886

Qui spem habet re consequenda, potest illam oppignorare sub conditione, si tam acquiesciverit. 887

Potest Creditor rem sibi oppignoratam alteri suo creditori oppignorare ratione juris realis, quod in tali re habet. 888

Si consentiente primo debitore & pignoris domino, creditor pignus obligavit alteri pro pecunia sibi credenda, & a primo debitore debita, tunc, etiam si dominus pignoris solvar debitorum, adhuc perdurat pignus apud secundum creditorem. Potest tamen dominus

D d d

rus

Synopsis

nus agere adversus suum creditorem cui jam solvit, actione praescriptis verbis, ut pignus luat, sibi que restituit. 889

Nomina, ut litterae censuales, ipsi que jus personale, potest oppignorari, & hypotheca subjici. 890

Si creditor, constituta tali hypotheca, a debitore sui debitoris exegerit debitum pecuniarium, sit dominus pecuniae, & cum debito compensabit, easque debitor liberabitur: si fuerit corpus debitum, retinebit ut sibi oppignoratum. 891

In tali casu datur creditori utilis actio pignoratitia contraria adversus debitorem sui debitoris, sed non ultra, quam sibi debetur, & quantum alter debet. 892. ubi vide exemplum.

Ususfructus potest ab Usufructuario pignori, & hypothecae subjici. 893

Si Ususfructus hypothecatus consolidetur cum proprietate, expirat hypotheca, nisi dominus proprietatis consenserit, ut etiam in ulterrimis temporibus esset hypothecatus. 894

Oppignorato praedio, servitutes quoque, in consequentiam sunt oppignoratae. 895

Servitutes urbanae seorsum sumptae, non possunt oppignorari, lege id prohibente. eod.

Servitutes jam constitutae, nec Urbanae, nec Rusticae, possunt separatim pignori dari, aut hypothecae subjici. 896

Potest tamen Debitor Creditori suo in pignus, & hypothecae constituere de novo servitutum in suo praedio rustico & urbano, dummodo inde nulla aedium deformitas inducatur. 897

Res sacrae non nisi in illis casibus, in quibus possunt vendi, possunt hypothecari. 904

Idem dicendum de rebus Publicis, h. e. ad communem usum destinatis. 905

Liber homo, in casu, quo potest vendi, v. g. filius a patre, potest etiam oppignorari. 906

Captivus potest se in pignus dare suo redemptori, donec solvat litrum. eod.

Extra hos casus, qui liberum hominem pignoris nomine retinet, & servitute cogit, gravibus poenis subjicitur. 907

Redemptor tenetur sub disjunctione vel pretium refundere, vel servitute per quinquennium. eod.

Res litigiosae, seu mobiles, seu immobiles, oppignorari non possunt. 908

Res ad agriculturam spectantes, non quidem jure scripto, sed consuetudine, possunt oppignorari. 909

Mandatarius cum libera, potest oppignorare & hypothecare, ita exigente utilitate mandantis. 910

Procurator illius, qui solebat mutuas accipere pecunias sub pignore, etiam si non habeat mandatum cum libera, potest pignora dare pro mutuo. 911

Si ignorante domino, sciente creditore, procurator sine libera pignus constituit pro mutuo vel alio, idque conversum est in utilitatem domini, & pignus est creditori traditum, potest creditor pignus retinere, donec sibi satisfiat, in quantum probaverit fuisse verum. eod.

Si vero pignus non est traditum, convenit creditori solum actio pignoratitia personalis adversus pignoris dominum, ut solvat quantum in ejus utilitatem versum est. 912

In utilitatem minoris aut pupilli, potest tutor res mobiles non pretiosas illorum propria auctoritate subjicere pignori, non vero in suam, aut alterius utilitatem. 913

Pignora dari possunt pro quacunque obligatione. 914. ubi specificè enumerantur.

Locator domus v. g. ad annum, in pignore seu hypotheca pro mercede constituta potior est illo creditore, cui eadem res obligaretur ante anni lapsum, adeoque ante contractam obligationem solvendi mercedem. 916

Si priori creditori res esset oppignorata sub conditione de futuro, deinde alteri eadem res oppignoraretur pure, si conditio est potestativa, potior est secundus, si casualis, potior est prior. 917

Si praesens sit debitum, hypotheca sub conditione, creditor potest cautionem exigere, si debitor suspectus esset de fuga, aut adinopiam vergat. 918

Si creditor invito debitore pignore utatur, firmiter committit, & actione furti conveniri poterit secundum aestinationem usus, non pignoris. 915

Tenetur creditor non solum fructus perceptos, sed etiam quos ex culpa non percepit, restituere. 916. ubi: n. 927. vide exemplum.

Antichresis pactum prohibendum est iure Canonico. 918

Commisssorium pactum utroque jure prohibitum est, si pignus plus valeat, quam debitum sit, & nisi pactum esset, ut solum esset venditum iusto pretio, cum obligatione solvendi excessum. 919

Si in pacto diceretur, ut esset in solutum, non subintelligeretur: *in soluto pretio*. Bene tamen, si diceretur, ut esset venditum. 920

Non valet pactum commissorium ex intervallo adjectum. 921

Nec potest juramento firmari, quamvis debitor possit se juramento obligare ad non repetendum pignus. 922

Loquendo de pignore conventionali, creditor in illius custodia tenetur de culpa lata & levi, non de levissima. 923

Si ex usu rei oppignoratae res ipsa periret, non peritura eodem modo apud debitorem, periret creditori, si revera dominus in virtus fuisset, esto creditor bona fide usus fuisset. 926

Item

Alphabetica.

Item spectaret periculum & casus fortuitus ad creditorem, si casu fortuito causam praebuisset, v. g. rixas inceperit, &c. 938

Item si propria auctoritate absque facultate debitoris pignus occupasset, & deinde casu fortuito perisset. 939. ubi exemplum.

Idem dicendum, si in mora restituendi fuisset. eod.

Creditor in pignore praetorio, vel judiciali, tenetur solum ex dolo & culpa lata. 940

Debito integrè soluto, vel oblato, consignato & deposito unà cum usuris (si pro his quoque oppignoratum fuit) nisi aliud debitum interveniret, datur debitori actio pignoratitia personalis directa, adversus debitorem & haeredes, ut pignus unà cum fructibus restituatur, damnum datum restitui, nisi in debito fuerit compensatum: quod si interierit, ad excessum valoris ultra debitum. 941

Si uni ex coheredibus sua pars soluta esset, possent adhuc reliqui pignus retinere, & de his que non soluto debito vendere, sed solum unum esset restituendum. 942

Creditori competit actio contraria personalis ad consequendum, quod sibi pignoris nomine probabiliter abest. 944

Praeter hanc actionem competit creditori locatori actio Realis Praetoria Serviana. 945

Cuius creditoris ratio pignoris aut hypothecae competit quasi Serviana, quae definitur: Vindicatio qua creditor persequitur res pignori sibi expressè vel tacite obligatas. 945

In his actionibus realibus duo sunt actores praebanda. Primum, quod res, quam persequitur, fuerit sibi a debitore oppignorata seu in hypotheca constituta. Secundum, quod tempore contractus fuerit in bonis debitoris. 946

Priusquam Serviana, vel Quasi instituitur contra extraneum possessorem, actione personalis conveniendus est, & excutendus reus principalis seu debitor, easque haeredes & fideiussores. Si ipse debitor possideat, hoc non est necesse. 947

Actione hypothecaria conveniuntur haeredes singuli in solidum, & in hoc differt a personalis pignoratitia. 948

Pignoris Dissolutio.

Dissolvitur imprimis solutione, vel solenni depositione debiti. Quandoque potest solvi creditori creditoris. 449

Si necdum pignore aut hypothecae per solutionem liberata, debitor pignus aut hypothecae consentiente creditore alienet, censetur remissa obligatio pignoris, & sine onere alienari. Nisi consenserit: *salvo suo jure*. eod.

Si duobus eadem res oppignorata est, & illi simul emanat a debitore, censetur sibi jus pignoris remissile. 950

Creditor restituendo pignus, & non ex alio fine, censetur obligatio pignoris remissile non ipsum debitum, nisi & chirographum reddidit. *Hann. de Just. Tom. IV.*

deret. 951

Sola alienationis scientia, imò praesentia & taciturnitas, non est sufficiens signum tacitae remissionis, nec fundat juris praesumptionem, nisi Fiscus venderet, in cuius favorem censetur creditor pignus remissile, sicut etiam, si venditionis tabulis subscriberet. 952

Consensus creditoris in pignoris distractione, non tollit se solo obligationem pignoris, sed haec oblatio pendet a securitate distractione, quae si non sequatur, vel si venditio ex alio capite sit nulla, manet obligatio pignoris. 954

Procurator generalis absque mandato cum libera, non potest suo consensu in alienationem tollere obligationem pignoris. 955

Creditor per consensum in alienationem pignoris, adeo sibi praedat, ut etiam si debitoris omnia bona tam praesentia quam futura habeat obligata, in re tamen sit alienata non recuperet pignus, etiam si ad eundem debitorem ex alia causa redierit, secus, si ex eadem causa. 956

Obligatio pignoris etiam extinguitur Novatione, qua, vel aliud debitum subrogatur, vel alius debitor in eodem debito substituitur, non facta mentione pignoris. 957

Obligatio pignoris ex parte interitui totali rei, sive physico, sive morali. 958

Si domus oppignorata comburatur, area manet obligata, & quidquid in ea edificatur. eod.

Derogare juri non liberatur pignus invito creditore, si aliud & quod bonum substituitur. 959

Non potest obligatio pignoris solo consensu dissolvi, sicut hypotheca. 960

Quando inter Creditorem & Debitorem pactum intercessit, ut creditor liceat vendere pignus, vel hypothecam post definitum tempus, intra quod debitum non fuerit solutum, valet pactum. 961

Si nullus dies solutioni praesens fuit, tunc ut debitor incipiat esse in mora, debet a creditore interpellari elapso tempore, post quod ratio dicitur, esse solvendum exigente creditore. eod.

Si nullum pactum de vendendo pignore intercessit, iure Codicis requiritur una denuntiatio, qua facta adhuc biennium est expectandum, computandum a denuntiatione facta, si debitum est liquidum, alioquin a puncto latae sententiae. 962

Si inter Creditorem & Debitorem conventum esset, ut creditor non liceat pignus vendere, non aliter hoc pactum valet, quam ut vendi non possit, nisi post trinam denuntiationem factam constituto in mora. 963

Iure Bavarico constituitur diversi termini pro diversitate pignorum, & locorum, in quibus sita sunt. 964

Si pignus appropriaretur creditori, & postea revocaretur, conveniret utilis actio ex empto. 965

D d d z

Prius.

Synopsis

Priusquam per executionem sententia definitiva capiuntur pignora, indulgentur condemnato & fidejussoribus quatuor menses ad solvendum debitum. 966

Elapso quatuor mensium spatio, capiuntur pignora judicialia intra duos menses vendenda: si tamen ante venditionem perfectam debitor adhuc solvat, non absolvitur venditio, sed eo solvente expensas, pignora redduntur. 967

Casu quo debitor pignus pluribus successively obligatum tradidisset in solutum, vel vendidisset antiquiori creditori, vel habenti jus praelationis, tunc si posterior offerat priori, quod illi debetur, tenetur prior posteriori reddere pignus, vel solvere, quod illi debetur. 968

Si eadem creditori aliqua res specialiter obligata sint, & alia generaliter, tunc specialiter obligata prius vendenda sunt, & illis non sufficientibus cetera. 969

Venditio pignoris non iure facta, est nulla. 970
Si Pignus legitime venditum a creditore qua tali, postea evincatur, creditor non tenetur de evictione, sed solum tenetur cedere sua actionem adversus debitorem emptori. 971

Precarium Precaria.

Est conventio, qua quis precibus petenti rem gratis utendam concedit, nullo utendi vel sine vel modo praescripto, hoc est, tamdiu, quamdiu concedens patitur. 767

Postea concedens etiam absque rationabili causa revocare, dummodo a principio dolus absuisset. 768

Potest Precarium ad certum tempus concedi hoc sensu, ut finito v.g. mense, finitum sit precarium, intra mensentamen sit integrum revocare. Quodsi elapso mense pergat alter detinere, nec alter repetit, censetur tacito consensu extendi, & si de novo rogat, prorogatur absque nova traditione. 769

In Precario transit Possessio, sed revocabilis, naturalis, sed civilis manet apud concedentem. 770

Possunt etiam Iura incorporalia possideri precario. eod.

Possidenti sola culpa lata praestanda est. 771
Finitur per mortem rogantis, adeoque ad heredes non transit: non finitur tamen morte concedentis, sed transit ad heredes, donec revocetur. 772

Concedenti competit Interdictum Restitutorium de Precariis. Ite actio Praescriptis verbis. eod.
Precariae sunt, Iure Canonico introductae, quando aliquid conceditur vel in Perpetuum, vel ad vitam accipientis, aut ad tempus certum, seu breve seu longum, ante quod non potest revocari, si fuit rationabiliter concessum, bene tamen, si irrationabiliter. 773.

ubi vide varios modos constituendi Precariam.

Renovatur de Quinquennio in quinquennium, eo sine, ut existet contractus facti memoria. eod.

Pretium.

Quotuplex sit, & quae illius licita variatio, vide Emptionis iustum pretium.

Q.

Quasi Contractus.

Est tacita seu praesumpta conventio, ex qua, mediante facto aliquo producitur obligatio. 1102. & seq. ubi referuntur species.

R.

Redhibitoria Actio.

De hac vide: Emptionis resolutio ex Edicto Edicto.

Retractus.

Est jus, lege, vel consuetudine, vel statuto introductum, quo conceditur alicui revocatio rerum ab alio alienatarum: quod jus est aliquoties fuerit per leges abrogatum, pluribus tamen in Provinciis, & speciatim in Bavaria reductum est, ubi aliqua a communi Germaniae consuetudine diversa observantur. 211. ubi in compendio referuntur articuli 19. Iuris Bavari.

Vocatur etiam Ius Proximifecis: Ius congruit Retractus Municipalis, & Legalis, ad distinctionem a Conventionali. 213

Retractus Municipalis dividitur in Gentilium, Partialem, & Territorialem, quibus addunt aliqui Censuales. Gentilium competit proximis consanguineis: vulgo, *Erbeinstand, Erblosung*: Partialis ius in communi te: *Theilsofung*. Territorialis competit illis, qui sunt ex territorio vendentis, contra extraneum emptorem: *Markblosung*. 213, 214

Gentilitius non convenit affinis, nec Uxori, nec Socero, nec Genito. 215

Si venditor proximo consanguineo denuntiavit, pretium & emptorem indicavit, ille vero respondit, se hac vice non habere voluntatem emendi, salutum habet jus retractus etiam non expressit hoc jus sibi reservaverit. Quod de Iure Bavario potest esse dubium, sed verisimiliter. 216

Si res vendita fuit duorum habentium diversos consanguineos, & unius consanguinei iuri suo renuntiat, alterius consanguinei non possunt invito emptore totum retrahere, sed necessitudo incidit cum emptore in communionem, nisi hic male sit (ut potest) illos cogere, ut vel totum retrahant, vel nihil, quia ipse non emisit pretium. 217

Si

Alphabetica.

Si consanguineus ante celebratam venditionem venditori renuntiare, verius est, quod non liceret illi poenitere, sicut non licet poenitere, si post contractum renuntiet emptori. 218

Si consanguineus venditoris renuntiet suo iuri in favore emptoris extranei, qui deinde rem emptam vendat alteri extraneo, renuntians non videtur habere jus retrahendi ab hoc ultimo emptore. 219

Tacita renuntiatio consistens v.g. in subscriptione, vel testimonio, vel alio modo promovendi contractus, non adjecta protestatione, idem operatur, quod renuntiatio expressa, nisi expressio subscriptionis esset, ut a Notario, vel ex statuto praesentia requireretur. 220

Competit Ius retractus consanguineo, etiam si venditoris haeres existat, etiam si nec inventarium fecisset. 221

Potest tamen haeres a defuncto gravari, ut, si haeres esse vellet, non retraheret, nempse emptori promississet rem non fore obnoxiam retractui. 222

Est iure communi adhuc effectus locus retractus, si res immobilis cum mobili commutaretur, Iure tamen Bavario universim ex permutatione non est locus retractui. 223

Ex eo, quod res vendita per publicam substationem retrahi non possit, non licet inferre, quod idem dicendum, si debitor compellatur a Iudice ad vendendum. 224

Non esset locus retractui, si inter venditorem & emptorem convenserit, ut casu, quo quis retraham a tentaret, contractus sit nullus: nisi contra hentes postea in retractum convenserent. 225

Retrahere volenti licet poenitere etiam jam oblato, & deposito pretio, sed retractu necdum perfecto. 226

Res semel extra familiam alienata, si deinde redeat iterum ad familiam, sit iterum obnoxia retractui. 227

Filio naturali non legitimo, spectato Iure Germaniae, non competit Ius Retractus, bene tamen legitimis, item exhereditatis, & renuntiantibus successioni. 228

Competit Ius retractus Laico, etiam quando res vendita est Clerico, ex eo principio Iuris. Quod quisque Iuris in alios statuerit, eodem Iure & ipse utatur. 229

Monasterio intuitu sui Professus non competit Ius retractus, quia Professus non amplius censetur esse ex familia vendentis, utatur tanquam unus de familia. Unde consequens est, quod si per Professum aliqua bona ad Monasterium pervenerint, etiam si Monasterium illa bona vendat, non sit locus retractui. Si tamen Monasterium emat aliquod bonum, possunt venditoris consanguinei retrahere, sicut de emptore Clerico dictum. 230

Si res vendita est consanguineo remotiori, a hac proximiori competit Ius retractus. 231
Quando venditio ex aliquo capite & defectu est nulla, cessat Ius retractus. 232

Si res immobilis detur creditori in solutum, adhuc est locus retractui. Unde idem dicendum, si praedium aestimatum aestimatione faciente venditionem, daretur in dotem. 233

Ratione retractus non tenetur retrahens ad novam Gabellam, sed ad unam solam. 234

Etiam si primus emptor exemptus esset a Gabella, retrahens tamen non gauderet hac exemptione. 235

Si plures res retrahibiles uno pretio sint venditae, necesse est omnes retrahi, aut nullam. 236

S.

Sequestrum.

Sequestrum aliud est voluntarium, aliud necessarium. Illud est, quando litigantes mutuo consensu eligunt aliquem, apud quem res litigiosa interim dum lis durat, deponatur, reddenda victori lite finita. Necessarium, quando a Iudice coguntur rem deponere apud tertium. Utrumque est species Depositum. 790. & seq.

Sequester per sequestrationem nunquam acquirit possessionem, ita ut desinat esse in deponente, & usucapio non curat, nisi hoc expressse convenit, ut ipsa possessio, de qua forte litigatur pons quem sit, sit in sequestrum deposita, adeoque in Sequestrum translata. 793

Prohibitum est Iudicibus sequestrum paribus imponere regulariter loquendo, quamdiu actor non probaverit, alterum esse debitorem. 796. ubi speciale Iuris Bavari.

Prohibitio haec procedit non tantum de pecunia, sed de quacunque alia re, etiam litigiosa. 797

An etiam Iure Canonico sit prohibita ista sequestratio, non est ita certum. eod.

Sunt tamen plures casus, quibus recte sit huiusmodi Sequestratio a Iudicibus. Primus, si ex persona litigantis periculum sit, ne vel cum re aufugiat, vel eam dissipet. 799

Secundus casus. Si dominus in servitute revocatur eum, quem pro mancipio possederat, sed is in libertatem proclamavit, tunc servi periculum est sequestrandum, donec de servitutis causa fuerit iudicatum. 800

Tertius. Si debitor jam condemnatus ab executionis excessu appellaverit, appellacione recepta res litigiosa est sequestranda. In his casibus etiam fructus rei immobilis sequestrandi sunt, si a possessore dissipentur, nisi cautionem praestet. 801

Quartus. Si utraque pars litigantium contendat se possidere, & subit armorum periculum, potest

potest fieri rei litigiosa sequestratio. si tamen unus possessor esset certa, etiamsi subesset armorum periculum, superior debet aliis remediis turbantem compescere. 802

Quintus. Quando inter Dominum & Colonum lis est de dominio rei, & colonus recuset satisfacere de fructibus restituendis, fructus sunt sequestrandi. 803

Sextus. Quando duo super Beneficio litigant, quorum neuter per triennium pacifice possedit, & à sententia fuit appellatum. 804

Septimus. Sequestrari potest res absentis per contumaciam. 805

Ex re sequestrata sunt subministrandi sumptus, & sustentatio illi litiganti, qui aliando non habet, unde vivat, aut expensas litis solvat, quia sequestrum passus est. eod.

Sequestrator tenetur rem depositam fideliter custodire, colligere fructus, perituros dilatare, pretium collectum pro usus redere, reddere rationes, ac lite finita vincenti rem cum fructibus restituere. Iure Bavatico est illi levis culpa praestanda. 806

Oblata idonea cautione de re litigiosa conservanda & restituenda, est Sequestrum relaxandum. Nec sufficeret iuratoria, invito adversario. 807

Finitur sequestrum 4. modis. Litis terminatione. Renuntiatione facta ex causa iusta & approbata. Parificata conditione, vel adventiente die, in quem fuit res accepta. Morte Sequestrantis. 808

Vidori competit actio Depositi sequestraria directa adversus sequestratorem, ut restituat, & rationes reddat. Sequestrari datur contraria ad consequendos sumptus & damna. 809

Quando sequestrum est iudici prohibitum, solet fieri Inventarium per Notarium. 810

Serviana actio est Quasi.

Serviana actio exercitur locator fundi rusticici, de rebus coloni, quae pignoris iure pro mercede fundi ei tenentur. 814

Verius est, non sufficere, ut sciente & consentiente locatore fuerint res illatae, sed requirit expressam conventionem. 815

Locatori praedicti Urbani datur actio quasi Serviana, quae est quasi generalis hypothecaria competens cuivis creditori ex quavis causa pignus hypothecamve habenti. est actio Praetoria. 817. & 845

Servitutis.

Quomodo possint oppignorari, & hypothecae subici, vide Pignus.

Societatis Contractus.

Est conventio duorum aut plurium contribuentium ad commune lucrum vel usum. Sen: Contractus futurgentium, nominatus, bonae fidei, consensu initus, quo duorum vel plu-

rum operæ vel res ad lucrum & damnum proportionaliter inter se communicandum ex honesta conventionem conferuntur. 819

Differentia ab aliis contractibus consistit in communione lucri, quæ in aliis non habetur pro sine. 820

Si det unus gregem ovium cum pacto, ut conferens curam habeat aliquotam partem fructuum, non facta mentione mercedis, est Societas. 821. ubi vide declarationem per exempla.

Debet contribuens retinere dominium rei contributa, alioquin habet rationem mutui. potest tamen dominium fieri commune, ut quis possideat saltem per socium. 822

In contributione omnium bonorum est etiam contributio ad usum communem, & potest Societas contrahi ad solum usum. 823

Societatis alia est Universalis, h. e. in universarum rerum communione constituta; alia Particularis seu specialis, cum certa rei vel negotiationis communio inducitur. 824 ubi vide exempla.

Si quis Societatem acquirit alicuius actione prohibita, non fit commune; si tamen sponte conferat, non potest repetere. 825

Condemnato tamen ad restituendum debent etiam socii concurrere, sicut etiam ad penam, si socii fuerunt. 826

Potest Societas omnium bonorum tacite contrahi per aequalem communionem bonorum omnium. 827

Societas contracta omnium bonorum, extensa praesumitur etiam ad bona futura, & quocunque titulo etiam lucrativo acquirenda. 828

Facta mentione hereditatis acquirendae, extenditur ad quamcumque, seu ex testamento seu ab intestato. 829

Vi contracta Societatis omnium bonorum imputatur Societati, quod quis sociorum dedit filio in dotem, aut filio ad prosequenda studia. 830

Societas contracta absque determinatione vel certarum rerum vel certorum negotiorum, non extendit se ad ea bona quae desicto habentur, neque quae titulo lucrativo acquiruntur, sed solum ad ea, quae titulo oneroso ex quaestu & opera acquiruntur. 831

Vi contracta Societatis universalis bona corporalis tempore contractus existentia statim sunt communia, & traditio fictio sine juris censetur intervenisse: quæ verò corpora post contractum acquiruntur nomine proprio, sunt immediate solius acquirentis: obligatus tamen est facere communia. 832

Actiones personales necesse est ut cedantur: reales absque cessione sunt communes, exercenda

præ hypothecaria, cum non sit principalis, sed communiter personalis accedat. 834

Varii sunt modi celebrandi societatem. Primus est, quo contrahentes expresserunt partes tam lucri, quam damni. 835

In quo modo celebrandi servanda est proportio inter contributionem & lucrum. 836

Quod si expressa est pars lucri, & non damni, vel contra, est tamen eadem proportio in utroque servanda. 837

Secundus modus est, quando ob majus pretium operæ in pacto deducitur inaequalitas in lucro. 838

Tertius. ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit, quia opera alicujus pro pecunia valet. 839

Quartus. Si ita contrahatur, ut unus sociorum lucrum partem ferat, & damno non teneatur. 600. ubi vide interpretationem.

Quando unus solus confert pecuniam, alter operam, periculum pecuniae ad solum conferentem spectat. 602

Verius enim est, quod tunc pecunia non fiat communis, sed maneat propria conferentis. 603

Potest tamen ex pacto pecunia collata esse dividenda, si opera alterius esset tantò pretiosior, & dimidium pecuniae haberet rationem mercedis. 604. & seq. ubi vide varias regulas Theologorum pro servanda æqualitate.

Quamvis dominium capitalis quamdiu non expenditur, maneat conferentis, & ejus periculo sit, si tamen à conferente operam expendatur pro mercibus, hæ sunt communes, ita tamen, ut in divisione prius totum capitale extrahatur, adeo, ut etiamsi præter capitale nihil superfit, illud totum cedat conferenti. 607

Potest per se loquendo, non obstante Bulla Sixti V. licitus esse contractus, quo saluum capitale reservetur conferenti, ita ut associatio spectet ad accipientem, si observentur certæ conditiones, quas vide n. 611

Ad justificandum hunc contractum debet in conferente capitale adesse persuasio, quod alter esset negotiaturus, & spes, quod esset lucraturus, alioquin desset sincerus animus vendendi spem pro modico lucro. 613

Includuntur attem in hujusmodi Societate tres Contractus: Societatis, Assecurationis, Venditionis. Non est tamen necesse, ut fiant successivè, nec etiam, ut expressè & distinctè celebrentur. 614. 615

Potest etiam iniiri Societas hoc pacto, ut conferens operam obligetur ad dimidium damni capitalis, casu quo pereat: quod si verò saluum maneat, detur eidem quarta so-

lùm vel quinta pars capitalis in divisione. 616

Potest conferens capitale, pro assecuratione exigere pignus, etiam in casum fortuitum. 617

Socius non tenetur præstare nisi culpam levem. 619. & seq.

Socio convenit beneficium competentis, quod est speciale privilegium hujus contractus. 621

Spectatur autem tempus rei iudicandæ, quo cognoscatur, quantum socius facere possit. 622

Fideiussori propriè dicto hoc beneficium non conceditur, bene tamen defensori. eod.

Neque competit heredi socii, neque illi, qui mandavit, ut societatem contrahat. 623

Deducendum prius est ad alienum debitum ex ipsa societate, non verò quod aliunde debitum. eod.

Non competit hoc beneficium socio, qui dolo debet esse solvendo. eod.

Tenetur promittere, non tamen cautionem præstare, de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit. 624

Si plures fuerunt socii, & unus solus non est contentus totum debitum, potest à reliquis supplementum exigere proportionale. 624

Socii debent concurrere ad omnes illas expensas, quæ fiunt circa merces, in quibus Societas constituta est, & circa perionam ac famulos negotiatoris. 625. ubi vide quorundam limitationes.

Quidquid negotiator in itinere ad negociandum in Medicos & pharmaca (non item in convivia, nisi hæc ad negotia perficienda conducere) ratione sinistra valetudinis expendit, habet jus illud extrahendi. Idem dicendum de morbo domi ex causa societatis contracto. 626

Si à latronibus spoliatur, naufragium faciat, & amittat aliqua sua propria, hæc ad negotiationem perficiendam secum tulerat, ea quocunque extrahenda sunt, item litrum, si capitatur, nisi hæc ipsius levi culpa eveniant. eod.

Tenetur socius ex iustitia subministrare mutuas pecunias ex propriis, quando non habet communes, si necesse est ad conservandas merces: & si negligat, damnum spectat ad illum solum. 627

Si verò subministravit, extrahit: quod si non sit, unde extrahatur, habet actionem negotiorum gestorum. eod.

Non potest extrahere damnum, quod non formaliter, sed tantum occasione administrationis incurrit. 628. ubi vide exemplum.

Potest socius per pactum obligari, ad non communicandas operas alteri societati. Secluso tali pacto potest societates multiplicare, sed sine præiudicio prioris. 629

Si reverà ex societate cum aliis iniita, desicto nihil

lum damnum prioribus illatum est, si in iudicio conventus ob fidem non servatam in poenam condemnatur, eam solvere tenebitur: item refundere debet lucri excessum, quem intuitu hujus obligationis consequutus est. Ex lucro tamen ex alia societate quaesito, nihil conferre tenetur. 630

Sive fuerit in pactum deductum, sive non, si alia societas inita est cum damno prioris, tenetur rescire, sicut & lucrum cessans. 631

Accipienti pecuniam mutuae, caeteri socii obligantur, si pecunia in communem societatis usum versa est, & societas non est universalis. 632

Possunt bona sociorum obligari eo modo, & in illis casibus, in quibus ipsa persona obligatur. 600

Quando communi consensu unus ex sociis, ut Institutor negotiationi praepositus est, ut solus exerceret, hujus contractibus omnes & singuli in solidum obligantur. Idem est, quando socii ex omnium consensu promiscue negotiantur. Qui tamen non sunt negotiati, non possunt conveniri, nisi prius excusso eo, qui inmediate contraxit. 634

Quando aliquis ex sociis constituit Institutorem, si non omnium nomine, & ex eorum mandato constituit, etiam si caeteri sciverint, nec contradixerint, lucrum quidem est omnibus commune, damnum vero erit solius constitutentis, qui sociis tenebitur actione pro socio, non secus, ac si ipse commississet. 600

Qui communi nomine Institutorem constituerunt, non possunt in vicem de Institutoris facto agere, sed dan-num ab eo datum illis commune est. 634

Rebus communibus non potest unus socius aliis in vitis agere, nisi ad usum destinatum. 600

Quando jus est individuum, non potest ab uno socio sine alio exerceri in praevicium ejusdem. 637. ubi vide exemplum in luri dictione.

Socii competit adversus se in vicem actio pro socio utriusque directa, & datur etiam quandoque durante societate, regulariter non nisi finita societate. 636

Non datur haec actio illis, qui absque contractu in rem communem incidunt. 637.

Datur etiam sociis actio *Communem dividendo*, ita tamen, ut una intentata altera tollatur, quatenus ad eundem scopum tendunt. 638

Potest etiam Socius contra Socium intentare actionem legis Aquiliae, si res communis a socio damnum ex culpa passa est. Item actio furti socio adversus socium competit, si manifestum sit, dolo malo rem amotam fuisse, vel animo celandi attritam: & probatio actori incumbit. 639. ubi vide, quomodo una aliam perimat.

Societatis Dissolutio.

Dissolvitur primo, mutuo consensu, etiam tacito, quando societas inita est cum definitione temporis certi, intra quod non liceat cuivis recedere, bene tamen utriusque consensu. 641

Dissolvitur secundo, Renuntiatione, quando non est inita cum definitione certi temporis. Quod si socius ante tempus praefinitum aliis non consentientibus renunciet, renuntiatione eatenus nocet renuntianti, ut solum damnum, non item lucrum illi commune sit. 642. ubi tamen vide 4. exceptiones.

Renuntiaro insinuanda est omnibus sociis, & ita tempestive seu opportunè facienda, ut non sit damnosa ob negotia jam inchoata. 643

Facienda etiam est sine dolo. 644

Tercio, dissolvitur morte unius socii, & quidem quoad omnes, nisi aliter conventum esset. 645

Si, mortuo uno ex sociis, per aliquem aliorum sociorum aliquid captum est, ignorata morte socii, quoad illud non est dissoluta societas, sed continuanda per heredem, quousque negotium absolvatur, secus, si cognita morte socii est captum. 646

Si societas fuit in cultura vinearum, agri, ad plures annos, ita tamen ut non habeat naturam locationis, aut emphyteusis, tunc re adhuc integra finitur statimque morte, secus, tranabit pro illo anno ad heredes. 647

Quarto, dissolvitur maxima & media capitis diminutione, confiscatione, publicatione. 648

Quinto, dissolvitur rei interitu, sive naturali, sive civili, v. g. si ului sacro destinetur: item negotio finito: cessione bonorum, & egestate. 649

Ad hoc non transit societas vi primae conventionis ad heredes, ut nec pacto quidem fieri possit, ut uno mortuo ejus haeres sit socius reliquorum. 650

Possit tamen huiusmodi pactum iuramento firmari. 651

Si haeres defuncti conveniat cum aliis sociis, ut continetur societas, censetur societas de novo inita. 652

Quando societas est constituta circa vestigia, aut alias res publicas conductas, tunc pactum adjectum, ut ad heredes transeat, ob favorem Reipublicae sustinetur, ita, ut quidquid commodi vel damni post mortem socii evenierit, haeres si sit commune, si tamen haeres sit persona idonea. 653

Potest socius defunctus suum heredem obligare, ut si socii velint cum ipso societatem continuare, teneatur consentire. 654

Sortis divisiſoria contractus.

Est contractus, quo aliqui jus habentes in aliqua re conveniunt, ut mittantur sortes, quibus constet, quis illam obtinere debeat. 1091

Prohibentur sortes in electione ad Beneficium Ecclesiasticum. 1092

Sponsionis Contractus.

Sponsio est contractus, quo duo de veritate vel eventu alicujus rei contententes, sibi in vicem aliquid spondent, ut id ejus sit, qui veritatem fuerit assecutus. 1085

Est iure naturae licitus, quia periculum cum periculo commutatur. 1086

Vnde is qui certus est de veritate, non potest exigere sponsionem, aut solutam retinere. 1087

Veritas etiam id ipsum dicendum est, etiam si alter inestet, & urgeat sponsionem. 1088

In sponsione facti alicujus, v. g. quis jaculandum sit vicarius, pendet ex intentione spondentium, an sit locus praeventitiae, antequam alteruter jaculetur. 1089

Prohibentur sponsiones super vita & electione Pontificis, & Cardinalium. 1090

Syndicus.

Est ille, qui ab aliqua Communitate, aut Collegio, Republica, aut Civitate mandatum accipit. 695

T.

Transactio.

Est de re dubia, lite aut controversia jam mota non gratuita pactio. 984

In praesenti sumitur pro Contractu patiente actionem civilem: est autem Contractus inominatus. 986

Quando sententia transit in rem judicatam, non est amplius locus transactioni, nisi esset locus restitutioni in integrum, vel alteri exceptioni opponibili, post rem judicatam. Secus, adhuc est locus transactioni, & multo magis si non constet rem esse judicatam. 989

Neque possit transactio post rem judicatam iuramento firmari. 909

Quando Transactio fit simplici pacto, absque stipulatione, nondum est ipso iure extincta prior actio, sed elidenda est ope exceptionis. 991. ubi exemplum.

Quando Transactio fit per acceptilationem, ipso iure perimitur prior actio, quia in alio iure actor sibi competere praevidebat. 992. ubi exemplum.

Quando Transactio fit per stipulationem Aquilianam, novantur actiones priores, ex quocunque contractu provenientes & dubiae, deinde acceptilatione accedente penitus tolluntur. 993. ubi exemplum.

Si Transactio facta est adjecta stipulatione penali, ut is qui fidem non servat, ad poenam teneatur, fidem non servans ad poenam tenebitur. 994

Tenetur in super fidem non servans ad servandum pactum transactionis, si clausula est adjecta: *Kato nihilominus manente pacto*. Omnia hac clausula si pactum est iuramento firmatum, habet vim illius clausulae. 995. ubi specialia Juris Bavarici.

Si ex utraque parte non est servata aequalitas moralis, & secundum communem praudentium estimationem, in estimatione Iuris dubii, etiam si per ignorantiam fiat, laeso satisfaciendum est ad aequalitatem. 996

Ut transactio valeat, abesse debet Metus iniustus cadens in virum constantem. Idem cum proportione de dolo dicendum. 997

Qui speciale mandatum habet compromittendi, potest etiam transigere, & e contra. 998

Aeger potest valide transigere, etiam cum Medico. 999

Pupillus infante major, non potest quidem sine auctoritate Tutoris transigere, si tamen transigendo suam conditionem meliorem facit, tenebit transactio. 1000

Tutores & Curatores transigere possunt eo modo quo dictum est tract. 4. ubi agebatur de eorum potestate. Finita tutela & curatela possunt cum ipsis majora transigere. 1001

Transigere etiam possunt administratores Civitatum & Syndici, de rebus mobilibus: excepto Procuratore Caesaris. 1002

Pater circa bona ad ventitiam quorum administrationem habet, potest transigere. 1003

Creditor cessis alteri actionibus contra suum debitorem, non potest in praevicium cessionarii transigere cum debitore. 1004

De rebus alienari prohibitis, transigi non potest, quibusdam casibus exceptis. 1005

Excipitur 1. quando ex rationabili causa, ad praevicendas lites transigatur auctoritate Principis. 1006

Excipitur 2. quando fit pro re vinculari dubia, ita ut apud casum maneat, qui ut vincularum praevicendit. 1007

Excipitur 3. Quando est conformis statuto. 1008

Excipitur 4. Si accedat consensus eorum, in quorum favorem res prohibita est alienari. 1009

Non potest transigi circa res, in testamento contentas, antequam constet, quid in testamento continetur. 1010

Synopsis

Quod si post inspectum testamentum, & factam transactionem. proferantur Codicilli, ad hos non extenditur transactio. 1010
 Non est necesse, ut testamentum is ipse inspecterit, qui circa contenta transigit, sed satis est, quod ab aliis intellexerit. 1011
 Non valet renuntiatio, quâ transigentes renuntiant juri annullantur transactionem. 1012
 Imò nec possent juramento firmari talis renuntiatio. 1013
 Possunt Fideicommissarii inter se pacifici de fideicommissio sibi communiter relicto sub eventu dubio, nec minor læsus restituatur. 1014
 De alimentis in ultima voluntate relicti præteritis, nõ item futuris, transigi potest. 1015
 ubi vide declarationem, & n. 1016. extensionem.
 De rebus Ecclesiasticis, ut Beneficio, iure præsentandi, Decimarum, &c. non licet transigere. 1017
 De Adulterio, quamvis sit crimen publicum & capitale, transigere inter delinquentem & accusatorem non licet, de aliis verò capitalibus, & pœnam sanguinis seu vite irrogantibus delictis, transigere & pacisci licet. 1018
 De aliis, privatis criminibus, si criminaliter inveniuntur, non licet transigere, bene tamen, si civiliter. 1019
 Transactio cum uno accusatore facta, non impedit, quo minus ab aliis accusari possit. 1021
 Sicut licet de proprio sanguine, ita etiam de alieno transigere. 1022
 Non licet tamen transigere de criminibus non inferentibus pœnam mortis, sed mutilationis, flagellationis, &c. 1023
 De Stupro transigere non licet, ubi non est crimen capitale. 1024
 An hæcenus dicta hodiernis moribus obtineant, est consuetudo consulenda. 1025
 Transactio æquè libris finem imponit ac sententia transiens in rem judicatam. Unde nec prætextu instrumentorum de novo re-pertorum rescinditur. bene tamen, si ex falsis instrumentis obrepta esset. 1026
 Quando transactio nudo pacto est inita, tunc iure Civili inspecto parit Reo solum exceptionem, actori autem salva manet actio, si alter non præstet, de quo conventus est. 1027
 Quando actio præterita fuit per stipulationem Aquilianam, & acceptilationem sublata, tunc ad implenda pacta datur actori actio ex stipulatu. 1028
 Si dolus intercessit, datur actio de dolo, quâ, transactione rescissâ, prior actio revocatur. 1029
 Quando transactio mutuo consensu dissolvitur, prima causâ ex integro reassumitur, & pe-

unia actori data condicitur. 1029
 Si unus solus nolit, vel non possit implere, quod promissit, tunc alter agere potest, ut vel implerentur promissa, vel quæ data sunt, reddantur, & res in integrum restituatur. 1030
 Si penitens velit postea servare fidem transactionis, est audiendus, & hoc sensu non licet in transactione penitere, sicut in aliis nominatis contractibus. 1031
 Quando res ab uno transigentium data, postea evincitur, potest, qui dedit, conveniri ex stipulatu. 1032
 Quando transactio fit circa rem aliquam particularem, non extenditur ad aliud, de quo poterat moveri controversia, etiam à principio fuerit aliquid aliud peticum ab adversario. 1033
 Quando transactio fit circa rem particularem quidem, sed sub universalitate actionum, quibus ea res peti posset, censetur actor ab omnibus actionibus recessisse. 1034
 Si peticio fuit generalis, vel indefinita, & etiam transactio, censetur extensa etiam ad ea, quæ tunc absque alterius dolo non occurrerant. 1035
 Si tamen dolus intervenisset in occultatione aliquorum, ad ea non extenditur efficaciter transactio, sed læso competit actio de dolo. 1036. ubi vide casum.
 Generalis transactio non comprehendit bonam per ultimam voluntatem relicta, si ultima voluntas necdum fuit inspecta. 1037
 Quando præcessit peticio particularis, deinde secuta est transactio generalis, non hoc ipso transactio extenditur ad non petita, dummodo verba possint ex communi modo loquendi restringi. 1038. ubi exemplum.
 Transactionis Contractus est stricti iuris. 1039
 Unde qui de Injuria transigit, non censetur remississe jus persequendi damnum injuriæ datum, quia est diversum utriusque objectum, nec unum est alterius accessorium. 1040

Trapezita.

Idem est, quod Numularius, Mensularius, Argentarius, & differt à Campfore, quod non solum dicit operam principalem permutationi pecuniarum, sed in super exerceat negotiationem, recipiendo custodiâ pecuniarum, dando tam proprias quâ alienas sub usuris. 370

V.

Vitium.

Quomodo in re vendita differat à morbo, vide *Morbis.*

Vsufuctus.

Quomodo possit oppignorari, vide *Pignus.*

FINIS

